Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9146
Copyright: Melk, Benediktinerstift

70

Ecce dilectissimi exposita est nob(is) causa ho
dierne celebritatis. ut alacriores & promptio
res simus ad referendas grates & laudes omnipoten
ti deo. qui ita mirabilis est in sanctis suis. De cuius ui
delicet abysso. hec & huiusmodi prodeunt mira
bilia. arbitrio iustissime uoluntatis eius ad
salutem credentium certis temporibus famulantia.

Sermo sancti Ysidori episcopi. De angelis.

Ex cap. XII Lib. I. Sententiarum S. Isidori Hispal.

ANGELORUM. NO
MEN. officii est non nature. Nam secundum natu
ram spiritus nuncupantur. Quando uero de celis ad annun
ciandum hominibus mittuntur. ex ipsa annunciatione
angeli nominantur. Natura uero spiritus sunt. tunc autem angeli
uocantur quando mittuntur. Natura angelorum mutabi
lis est. quia inest illis mutabilitas in natura. sed facit
eos incorruptos caritas sempiterna. Gratia est non
natura. esse incommutabiles angelos. Nam si natura essent
incommutabiles. diabolus non utique cecidisset. Muta
bilitati itaque nature. suffragatur nullis contemplatio
creatoris. Inde & priuatus est apostata angelus deum forti
tudinem suam non adeo. sed a se uoluit custodiri. Ante omnem
creaturam angeli facti sunt. dum dictum est. Fiat lux. De ip
sis enim dicit scriptura. Prior omnium creata est sapientia.
Lux enim dicuntur. participando luci eterne. sapien
tia uero dicuntur. genite inherendo sapientie. & dum